

X3  
82

VOTIVUS NUPTIALIS FESTI APPLAUSUS,  
CUM  
MAXIME REVERENDUS, AMPLISSIMUS  
*atq; CLARISS.* DOMINUS,  
DOMINUS

# EPHRAIM PRÆTORIUS

REV. MINIST. THOR. SENIOR, & PASTOR.  
MARIANUS MERITISSIMUS,

VIRGINEM

PEREXIMIAM, OPTIMISQVE SUI SEXUS VIRTU-  
TUTIBUS CONSPICUA M

# ELISABETHAM SPECTABILIS *atq;* PRUDENTISSIMI DN. WILHELCI LENSKI

JUDICII NEOPOLITANI ASSESSORIS  
INTEGRIMI

UNICAM & DILECTISSIMAM FILIAM

AN. M. DCCXI d. XIV. JVLII  
CONJUGIA LI FOEDERE SIBI SOCIARET,

PL. REV. MINISTERII  
MEMBRIS & COLLEGIS,  
TOTO ANIMO PRÆSTITUS.

THORVNII,

Impressit Joannes Nicolai, NOB. SENAT. & GYMN.  
Typographus.

**A** Te sperabam lugubria carmina scribi  
In seram mortem, Vir venerande, meam.  
Vivo quidem, sed me morbus divexat acutus,  
Mollia quin nimius concutit ossa dolor.  
Quid faciam? quia, quod neque omutare, ferendum est,  
Et patiar duram mente animoque crucem.  
Sed Tu, Chare DEO Senior, dum vota secunda  
Cum casta atque pia virgine ritè facis:  
Gratia Sancta Dei vestros circumstet amores,  
Et quæ gignet amor pignora, Jova regat!

Hæc  
Quidem manu ægra, Corde tamen  
firmo precatur

**MICHAEL Ringeltaub/**  
Eccles. Neopolit.

**R**OMA caput mundi vitâ sibi cœlibe gaudet,  
Inverso verò nomine, Conjugio.  
Hæc placet, illa minus: transire ad vota secunda,  
Casto qui gliscit peccatore, suadet AMOR.  
Vivite Felices, attingite Nestoris annos!  
Quæ facio Omnipotens Vota Jehova probet!

Moris, amoris & honoris  
ergo

**M. GODOFREDUS WEISSIUS,**  
Ad D. Mar. Ecclesiastes.

**T**empora mutantur, nos & mutamur in illis,  
Omnes per status, more fluentis aquæ;  
Per varios casus, per tot discrimina rerum,  
Hos modo si gressus dirigat ipse Deus.  
Tristia tu viduo fundis suspiria lecto,  
Quod tibi consortem perdidit atra lues.  
Nunc mœstum statum mutas, **VENERANDE SACERDOS,**  
Cum datur in thalamum virgo pudica tuum.  
Vivite concordes multos feliciter annos,  
Nee turbent vestrum nubila tetra torum.  
Conditor ut multâ faciat vos prole parentes,  
Semper & optatâ prosperitate beat!

His venerando Domino SENIORI ac Com-  
patri suo honoratissimo gaudia post luctum  
apprecatur

**MARTINUS OLOFF,**  
Ecclesiastes Pol. ad D. Mar.

E;

**E**T DEUS infligit, DEUS idem & vulnera sanat,  
Quod probat Exemplum, VIR REVERENDE, Tuum.  
Qui fidâ ante Annum viduabat Compare, Is ipse  
Nunc Socia instaurat conveniente Torum!  
BARBARA pestifera suffertur Morte MATRONA:  
ELISABETHA iterum, VIRGO pudica, redit.  
Tam bene sanari Vulnus, latamur Amici,  
Infligi quotquot luximus ante, TIBI.  
Ludit in humanis, fateor, Divina Potestas,  
Ludit & in Thalamis, sed sine atroce Foco.  
Nam castæ PATRI Flammæ, ut Vicinia concors,  
\* Sic concors sanguis. Conjugiumque placent.  
Laudo TUUM Studium. Concordes vivite: Vobis  
Crescat Amor: Crescent & bene cuncta, precor!  
Sic aderunt certi Comites Cyllenius, Hebe,  
Nymphæque, & Charites, & catus ille Puer:  
Quin DEUS assistens ipfus, Bonitate benigna  
Præsens sit, semper Vos beet, arctet, amet! \*\*  
Supremi Terris Vester Torus agmina IOVÆ  
Augeat, assidue plantet & Astra DEO!

\* Juxta effatum Syracidis Cap. 25. vers. 1. 2.

\*\* Alluditur ad Picturam in renovatâ Fronte habitaculi Reverendi DN. SENIORIS. ex 1. Corinth. 3. vers. 16.

Ita gratulabundam exponere Mentem voluit

SAMUEL Schönwald/  
Ecclesiast. Neopol.

**C**Asta tuo lateri, SENIOR DOCTISSIME, Virgo  
Jungitur, & casto sanguine digna venit.  
ELISABETHA tuis virtutibus aucta virebit,  
Proderit & domui casta Marita tuæ.  
Sic Dominus recreat, quem tristia fata premebat,  
Convertit luctum in gaudia, mille modis.  
Nos qui suspicimus, qui TE veneramur, amore  
Exprimimus calidis talia vota metris:  
Vive diu, Ccharis mundumque nepotibus imple.  
Uttua posteritas non moritura cluat.  
Vistula dum liquidas & Drwencia drevehet undas,  
Sit Dominus vestri tuta columna tori.

Scriptit toto affectu,

CHRISTOPHORUS RAZKI,  
Ecclesiastes ad S. Georg. Polon.

Wic

**M**Se muß auch Trauren oft zu neuen Freuden nühen!  
Es treibet Freud hintweg den herben Thränen-Wust/  
Macht daß das Haufz das einsam bisher stehen mußt/  
Mit neuer Zierach wächst und steht auff andern Stüzen.  
So gehts Herr Senior Ihm jetzt nach Sturm und Krachen/  
Das vor ges Jahr sein Haufz zum höchsten Leid umgabt/  
Als IHM nach GODFREDES Rath sein erster Schatz starb abi/  
Verkehrt sich dieses Jahr die Traurigkeit in Lachen.  
Es geht nach dunkler Nacht IHM auff ein' neue Sonne/  
Inn- und auch äußerlich verneuert Er sein Haufz/  
Und klährt zuvor geweint jetzt seine Augen aus/  
Seinn nun lebt neues Glück ein mit beliebter Wonne.  
Den Haufz steh' stets verneut nach Wunsch in künft'gen Zeiten/  
Gott sende was ER wil von neuem Glück Ihm zu/  
Daz Er sich des erfreu in stiller Herzens Ruh/  
Und las entfernet seyn Traur/ Kummer/ Ach! und Streiten.  
Sowünschet dem Herrn SENIORI, als seinem hochgeliebten Herrn Gevatter  
und College, beydes mit Mund und Herzen

Daniel Köhler/ Pr. zu St. Marien.

**C**ertum est, absque DEO male conjunguntur Amantes,  
Nec sine praesenti est Numine certus amor.  
Rite facis, SENIOR Svavis, suspiria mittens  
Altos in Cœlos, ob bene fausta Tori.  
Funde preces, nitido cœli donatur ab axe,  
In Thalamos TIBI jam Sponsa petita TUOS.  
Gaudet ter gaudet, TIBI dum Clarissima Virgo  
Meribus innocuis & pietate datur.  
Conjugium ergo TUUM praesentia Numinæ firmemt,  
Inter VOS vireat non temeratus amor.  
Audiat hoc Votum, qui Cœli sidera torquet,  
Et qui res hominum curat alitque, DEUS!

Cordicetus gratulabundus appositus

**GODFREDUS CHOLEVIUS,**  
Eccl. Grembocinensis Rogow. & Lubie.

**S**gehe wie es will/ endlich ein Blick von Oben  
Bergnützt wenn Gottes Hand was angenehmes schenkt/  
Und das gebeugte Haupt/ zur Fröhlichkeit erhoben:  
Nach grosser Wehmuth wird zur süßen Lust gesenkt.  
Wenn das Verhängniß auch/ nach Leid und Thränen Bächen/  
Betrübte läßt die schön und grüne Palmen brechen.  
Er/ Werther/ kan gar wöll des Himmels Art verstehen;  
Die Hand so offtmahls schlägt ist ohne Pfaster nicht/  
Nach strenger Norden-Luft pflegt sanffter West zu wehen/  
Nach Flor und schwätzen Boy der Purpur nicht gebricht.  
Jetzt kan mit Herzens-Lust Er seinen Schatz umfasssen/  
Ob Er den Ersten gleich der Grabes Grufft must lassen.  
Gott lasse beyde Sie der Freuden lang geniessen/  
Und lehr von Ihnen auch Betrübnuß gnädig ab/  
Das Glücke müsse Sie mit holden Blicken küssen/  
Und bleiben recht getreu bis in das späthe Grab:  
So wird Herr SENIOR Er freylich müssen lachen/  
Wenn Gott den neuen Stand/ nach Wunsch wird fruchtbahr machen.  
Wünschet herzlich  
**Johann Held/ der Niedrig-Dorffsch. Pfarrer,**